



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 76. Mantuæ Dux Patrui sui fatis Tridenti præsens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

"Ebrodunensis mihi significabat, quod Sæcul. XVI.  
"Germaniæ Theologi cum Lotharingio A.C. 1563.  
"Cardinale nequidem collocuti fuerint,  
"sed solus ille, qui Romanorum Regis  
"conjugi a confessionibus est, eundem  
"visum iverit, eidemque librum a se  
"circa residentiæ quæstionem composi-  
"tum tradiderit: Lotharingius autem  
"nonnisi unica vice, dum Jesuitarum  
"Collegium acceſſerat, cum Canifio con-  
"tulit: cum ergo hac de re magis ex-  
"actam cognitionem haurire percupe-  
"rem, rem eo deduxi, ut quidam Theo-  
"logus (\*) amicus meus seorsim cum  
"Theologis, qui Cardinalem comita-  
"bantur, conferret: porro illi erant,  
"Abbas Claravallenſis, Santonensis Epi-  
"scopi Theologus, Simon Vigor, &  
"Dupreus: nihil tamen detegere potui,  
"cum unaomnes inter se conveniſſent,  
"ut se nihil omnino ſcire dicerent, at-  
"que ipſi circa hos articulos adeo non  
"quicquam contulerint, aut eos ad exa-  
"men vocaverint, ut illos nequidem  
"conſpexerint.,,

## §. LXXVI.

*Mantuae Dux Patrui sui fatis Tri-  
denti præſens.*

K 5

Cum

(\*) Hic erat quidem ex Ordine Fratrum  
Minorum natione Gallus.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1563.

Pallav. c. 6.

zum. I.

Viscont. t. I.

Lettr. 7.

& 8. p. 59.

& 77.

Cum ergo Cæsar Italiæ vicinus esset, Mantuæ Dux ejus Gener Oenipontum venire constituit, Imperatorem salutaturus: accessit itaque unacum Ducessa Conjuge sua, quæ tamen illum nonnisi modicis itineribus sequebatur: Dux vero post Cardinalem Lotharingium aliquot diebus (\*) Tridentum veniens, ibidem primum Synodi Legatum Patrum suum extremo morbo laborantem offendit, atque illic subsistens exacto triduo tristi decedentis Mantuani Cardinalis spectaculo interfuit.

### §. LXXVII.

#### *Cardinalis Mantuani obitus, vitaque historia.*

Pallav. n. 2. Obiit hic Cardinalis die secunda Mar-  
Poffev. in tii annos natus quinquaginta octo,  
Gonzag. postquam per triginta sex annos purpu-  
Ciacon. t. 3. ram gestaverat. Natus is erat Anno  
pag. 481. reparatæ Salutis millesimo quingente-  
Pſal. p. 378. simo quinto ex Francisco Gonzaga hu-  
Aubery vie des Card. jus nominis secundo, & Elisabetha  
Spond hoc Esteni Herculis Ferrariæ Ducis Filia,  
ann. n. 9. atque expleto decimo quinto ætatis  
Rayn. ad suæ anno cedente Sigismundo Gonzaga  
ann. 1563. Patruo suo Mantuanum Episcopatum,  
num. 56. & vigesimo secundo anno Cardinaliam  
dignitatem obtinuit, postea vero  
Tarras.

(\*) Pallavicinus inquit, horis.